



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.D. Iacobi Marchantii, Pastoris Et Decani Covviniensis  
SS. Theolog. Professoris, Rationale Evangelizantivm**

**Marchantius, Jacobus**

**Coloniae Agrippinae, 1661**

Eadem Dom. Lect. 21, bipar Steterunt à longè, & levaverunt vocem, &c. 1.  
pars explicat remedia lepræ spiritualis. 2. agit de gratitudineimitanda  
redeuntis Samaritani.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56372)

deret peccato infectus, ut colloquio ipsius fruere-  
tur, mox preseniebat spirituale, quemadmodum fru-  
ctorem puro furo cordi plane ingratum, quasi leprosi  
halitum.

S. Philippo Nerio illam quoque gratiam conce-  
ferat Deus. Vnde Florentie cuiusdam fortuito ob-  
viam factus, agnovit statim interiorem ejus con-  
scientiam peccato mortali esse corruptam; ea igitur  
de re eum admonens cohortabatur benignissimi-  
me, zeloque ardentissimo, ut ad saniorum mentem  
rediret, peccatique lepram contagiosam penitenti-  
a expiaret & expurgaret.

Postremo dicamus, quod lepra non solum os, &  
halitum hominis, sed etiam vilum exedit, atres,  
pedesque, & alia membra inficit, ita ut homo pene  
reddatur inutilis: similiter fieri cernimus per lepram  
spiritualem, maxime inveteratis peccatoribus.  
Hi enim assiduitate peccandi omnem pene spiri-  
tualem sensum amisisse cernuntur; ita ut nec oculo-  
s habeant, quibus miserie sue magnitudinem  
agnoscant, aut imminere mortem judicii, gehennam:  
nec nares ut odore suavitatis à Christo Do-  
minio promanante ad ejus sequelam illiciantur,  
nec aures quibus divina audiant mandata vel consi-  
lia, nec manus ad operandum meritorie aptas,  
nec sanctorum desideriorum pedes ad currendam  
Domini viam. O lepram pessimam, & abomina-  
bilem, quæ sic hominem reddit ad divina insensibi-  
lem!

Volendum porro hanc lepram spiritualem adeo  
communem esse, ut vix quisquam ingrediatur ali-  
quod castellum, quin statim incurrat in leprosus  
multos. Mox enim reperire est aliquos qui torrent  
lepra luxurie, alios qui contagiosi sunt lepra in-  
vidie, plerosque qui foetidum exhalant detractionis  
halitum nonnullos qui lepram & scim patiuntur  
avaritiae & injustitiae, quosdam etiam qui lepram  
patiuntur in capite per superbiam & elationem.

Pessima autem omnium lepra, est lepra hæresis, &  
falsæ doctrinæ. Quæ specialiter sic designari docet  
fusus S. August. lib. 2. quæst. Evang. c. 40. citatus in  
Breviario Romano, super Evangelio huius Dominica.  
Vbi advertit nullum eorum quibus corporalia bene-  
ficia præstitit Dominus, misisse ad Sacerdotes  
præter leprosus, nec nomine Præceptoris quempiam  
præter illos Dominum compellasse pro medicina  
corporali. Vnde concludit lepram falsam esse do-  
ctrinam, quam bonus Præceptor abstergit. Vnde ibi  
August. Quod ergo leprosi olim ejiciebantur extra  
castra, & separabantur à cæteris, & consortio homi-  
num, id significat quomodo hæretici à Deo, à San-  
ctis, à gratia, à charitate, ab Ecclesia quoque sepa-  
rentur. Vnde sicut Magistratus sollicitè advigilat,  
ne lepra vel pestis civitatem inficiat, sic etiam debet  
advigilare ne hæresis & falsa doctrina separet. O-  
lim maculatus lepra habebat vestimenta di suta,  
caput nudum, os veste obrectum, sordidum & con-  
taminatum se clamabat. Hæretici incedunt capite

Rational. Evang.

discoopetro, quia tegmen fidei perdididerunt. Vestes  
eorum sordidæ sunt, quia in varias sectas scissi sunt.  
Maculati sunt, leprosi sunt. Os ergo eis obruan-  
dum, ut non permittantur loqui, ne vel solo infici-  
antur halitu: Expellendi sunt etiam extra civitates,  
vel digito ostentandi, ut tamquam sordidi fugian-  
tur. Sicut unus leprosus facile contaminat alios sa-  
nos, sic & hæreticus. Quot inficet Calvinus? quot  
Lutherus?

EADEM DOMINICA.

Sisterunt à longè & levaverunt vocem, dicentes:  
Jesu Prætor, miserere nostri.

Lect. 21.  
bipart.

Adem remedia lepræ spirituali sanandæ con-  
gruunt, quæ hic Dominus præscribit lepro-  
sis, & quæ olim adhibebantur in figura. O-  
lim namque leprosus ad sui mundationem offerre-  
bat duos passeres, quorum unus occidebatur in va-  
se fictili super aquas viventes, ita ut sanguis ipsius  
aquis viventibus permisceretur: alius vero vivus  
tingebatur sanguine ipsius occisi, & cum ligno  
cedrino, cocco & hylopo aspergebatur septies le-  
prosus, sicque permittatur passer avolare. Duo  
illi passeres duplicem in Christo naturam signifi-  
cant passer vivus, qui non immolatur, nec patitur  
quippiam; passer autem moriens, & immolatus  
significat naturam humanam, cujus sanguine fit  
aspergio & mundatio, septiesque illo aspergitur  
leprosus, quia per spiritum septiformem perficitur  
illa expiatio. Similiter lignum cedrinum sum  
cocco, & hylopo significat per fidem passionis  
Christi in humili rubeoque crucis ligno peractæ  
fieri remissionem peccatorum, nosque per illam  
fidem aspergi sanguine Christi. Addebatur & huic  
aspergioni lotio vestimentorum, & rasio pilorum;  
Pilos radere, est cogitationes omnes veteres secludere,  
vestimenta lavare, est actiones suas dejuvare.

In hac autem mundatione lepræ per Christum  
facta, attende quid fecerint leprosi, quidque eis  
Christus præscriperit, & tunc intelliges quid pro  
lepræ spiritualis curatione tibi quoque sit peragen-  
dum. In primis illi omni diligentia occurrunt  
Domino, deinde steterunt à longè postmodum le-  
vaverunt vocem & misericordiam magna cordis &  
vocis contentione imploraverunt, dicentes: JESU  
Præceptor, miserere nostri. Si peccator lepræ suæ qua  
per peccatum contaminatus est, vult emendationem  
obtinere, necesse est cum diligentia animi pedes,  
hoc est, affectus, moveat ad querendum Dominum,  
& ad illi occurrendum, cujus semper felix est oc-  
cursus, felix vel solus inventus; non est negligenda  
oportunitas, dum audit Dominum transire, quod  
quidem inspiratio sancta intus suggerit & nunciat.  
Deinde ubi occurrerit, necesse est ut stet peccator si  
sanari velit; et firmum enim propositum stare de-  
bet, nec ultra progredi, non solum per actum pec-  
candi, sed nec etiam per voluntatem peccandi, mo-  
neat

LECT.

Leprosi I.  
occurrunt.

2. Stetit  
vultu à  
longè.

neat



nente Domino per Prophetam: *Quiescite aere perveris, distate benefacere.* Et à longè quidem stare debet hoc est cum profunda humilitate, cum verecundia & confusione & fesse coram Domino agnoscere, & indigni eius se presentia & occursum iudicare. Attrahitur interim introitus Dei benignus humilitate, attrahitur verecundia & confusione.

Lectionem  
vocem  
suam.

Esaias.

Vicius oportet levare vocem cum clamore. Magnus apud Deum clamor est magnum desiderium sanitatis spiritualis junctum cum detestatione criminis, dum abyssus miserie agnita abyssum invocat misericordiae divinae. Quò verò major est miseria, eò fortius invocanda est misericordia, dicendumque cum Propheta: *Clamavi in toto corde meo exaudi me Domine, clamavi ad te salutem meam.* Denique cum magna spe oportet misericordiam implorare ab illo qui praecipit luci & oritur, praecipit tenebris & fugiunt, praecipit lepra & discedit, praecipit sanitati & advenit, praecipit morti & cedit, praecipit peccato & disparet, praecipit gratia & in momento comparat. Hic est Jesus, Praeceptor, à quo omnis lux, omnis gratia, omnis misericordia, omnis salus ortum habet, & praeecepto eius illico pareat, quia ipse est fons vitae, fons salutis, fons misericordiae, fons lucis & gratiae. At illum ergo laudanda est vox, dicendo cum grandi fiducia: *Jesu Praeceptor, miserere mei.*

De praeecepto Domini dato leprosis.

Quid leprosi fecerint ut sanitatem consequerentur, dictum satis, nunc videndum quid eis praeeceperit Dominus, nam & lepra peccati infectos illud etiam praeeceptum adimplere convenit, si sanitatem perfectam velint assequi. Dicit ergo eis Dominus: *Ita, ostendite vos Sacerdotibus.* Antiquis Sacerdotibus lepra iudicium commiserat Deus. Sacerdotibus novae legis non solum iudicium commisit ad discernendum à lepra lepram, sed etiam auctoritatem dedit illam purgandi; animae enim lepram eis in confessione sacramentali detegi voluit omnimodamque sanandi potestatem concessit. In huius ergo rei figuram leprosis ad se advolantes remittit ad Sacerdotes cum praeecepto sese illis ostendendi. Unde in his verbis paucalis: *Ita, ostendite vos Sacerdotibus, ad confessionem bonam conditiones requiritur insinuantur.*

Confessio qua bona nescitur.

Primo confessio voluntaria esse debet, agnitione peccato non diu differenda, sed acceleranda. Hoc significatur cum dicitur: *Ita, non compulli scilicet non tracti, non inviti, sicut illi qui in tormentis crimina sua fatentur, sed voluntarie ite, & animo prompto.* Si quospiam solum in anno, vel in gravi periculo mortis tantummodo confiteri contingat, nonne videtur quadam ratione extorta confessio? Non potest ita esse tunc voluntaria, aut Deo gratia, quandoquidè comminationes Ecclesiae vel mortis timor ad eam compellunt, & ideo magis servilis est obedientia quam filialis. Sicut ergo servi illo Domino navicam non vident & factum dium, qui nihil operis aut obsequii exhibent, nisi minis & baculo adacti, sic & illi supremo Domino. His itaque

dicitur: *Ite cordis pede celeri, affectu prompti, profanitate & salute assequenda, ne discere de die in diem tardos grados edit Deus, & tandem in peccati dilationis aeterna privata salute.* Hi leprosi magna cum dignitate venerunt ad Dominum, occurrerunt ei cum festinatione oblata oportunitate, eius mandatum impleverunt cum acceleratione pergentes sine mora ad Sacerdotes, & ideo salutem invenierunt; hos imitetur peccator, si mandatum velit reperire. Audiatur quid dictum sit Naamaui, dum tergeretur auditio consilio Elisaei: *Vade levare sepias in Iordane.* Dicunt enim ei famuli: *Pater, si rem grandem distixisset sibi Propheta, curis facere deberas, quanto magis quia nunc dixit tibi: Lavare, & mundaberis?* Similiter sibi dixit quid existimet quilibet peccator: *Si res quamlibet ardua, & grandis tibi praeeperetur, etiam obedire deberes quanto magis pro salute animae tuae; nunc autem solum dicitur tibi: Vade, ostende te Sacerdoti, an cunctari ultra deberes?*

4. Reg. 21.

Ps. 21.

Ps. 37.

Ps. 31.

114. 115.

etatem confessionis militat; nec tam est seipsum, quam alium Sacerdoti demonstrare & ostendere. Hoc ergo est preceptum istud Domini non satis advertere: *Ita, ostendite vos Sacerdotibus.* Vos, inquit non alios. Sed de his, & aliis confessionis bonae conditionibus dixi copiose in Candelab. Myst. tract. 5. lect. 7. Vide sibi.

Ceterum & hoc advertendum est, quod leprosi hi dum irent, mundati sunt. Affectus sunt sanitatem antequam ad Sacerdotes pervenirent. Velocem obedientiam festina sanitas est subsecuta, & divina gestum est providentia, ut antequam ad Sacerdotes pervenirent, mundarentur; ne si in eorum praesentia mundari contigisset, dicerent suum ministerio non mittentis virtute mundatos. Non ab simili modo continger nonnullis nunc peccatoribus, quod gratiam consequantur, & mundationem antequam accesserint ad Sacerdotes; si nimirum perfectam contritionem habeant cum firmo proposito confitendi; nam per contritionem culpam deleri cum ordine adclaves. Theologorum est probata sententia. Cui faver illud Pfaltis: *Dixi confessor adversum me in justitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Quem locum sic interpretatur Venerab. Beda: *Dixi in proposito meo quod confitebor Domino, & adhuc non erat verbum in ore, & jam auris Domini erat in corde, quia in statim Domino cum hoc proposui, iniquitatem remisisti mihi.*

**Pars II.** Dignus est consideratione hic Samaritanus ad Christum rediens ut gratias agat reliquis per ingratitude se beneficio indignos offendentibus. Excelsus fuit beneficium ei praestitum, oculos fidei aperuit ut id intelligeret, & valorem ejus eximie pensaret, gratumque animum omni qua posset ratione, declararet. Unde dicit Evangelista.

*Prævidi quia mundatus est, hoc est, ubi hoc diligenter consideravit, & in bilance cordis beneficium hoc pietatis expendit, regressus est ad beneficium. Triplici autem ratione suam declarat gratitudinem. 1. Magna voce Deum glorificavit, & alios ad id ipsum secum hac ratione excitavit, & invitavit. Magna, inquam, voce hoc fecit, quia magnam Dei potentiam in tam subita sanitate restituta agnovit. Magna voce, quia magnam misericordiam magna suae miseriae subvenientem expertus est. Magna voce, quia magnum concepit de sanitate gaudium, quod jam e corde prorumpit ingratarum actione. 2. Gratitudinem suam declaravit dum cecidit ad pedes Domini, magna animi demissione, magna fide evidenter ostendens se Christum ut Dominum & Deum agnoscere, quem in faciem supplicem cadens vult adorare. Signum certe suae dat electionis, quia piorum est & electorum in faciem cadere, ut notat S. Gregor. reprobos autem signum est cadere retrorsum. Sic de persecutoribus Domini dicitur, quod illo pronunciant; *Ego sum, abieci retrorsum, & ceciderunt in terram.* Item*

de ascensore equi, hoc est, de eo qui in hujus mundi gloria elatus est, dicitur: *Cadit ascensor ejus retrorsum.* De Heli quoque scriptum est, quod cadens de sella retrorsum fractis cervicibus expiravit. De discipulis autem Domini legitur, quod cernentes gloriam transfigurati Domini ceciderunt in faciem suam: item 24. Seniores ceciderunt in facies suas, & adoraverunt viventem in saecula saeculorum. Electi si interdum per culpam cadunt, in faciem cadunt, & vident ubi cadunt, circoque opitulante Dei gratia resurgunt, quia se lapsos esse non nesciunt. Reprobi vero qui retrorsum cadunt, periculose cadunt, quia non vident ubi cadunt, *Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruunt.* Prov. 4.

Lapsi & graviter coillisi se lapsos esse nesciunt, quia peccata sua parvipendunt. Gratitudinem suam discretis verbis declaravit gratias agens Christo Domino. Placuit vero ei maxime ista hominis gratitudo, istud officium pietatis, ista gratiarum actio; unde publice factum laudat tanquam obsequium sibi gratissimum, tanquam ad gloriam Dei magnopere pertinens, tanquam commendationem promerens. *Non est inventus, inquit, nisi hic alienigena qui daret gloriam Deo.* Postmodum subdit: *Surgere, vade, quia fides tua te salvum fecit;* divini oris sui assuum perfectam salutem affectum pronuntiat per fidem & gratitudinem. Sed adverte quod ultra eum non remittit ad Sacerdotes, quia nihil aliud Deus requirit, quam se glorificari, animique grati laude, & gratiarum actione contentus est, cum ei nihil gratius possit offerri. Hoc notat his verbis Tertull. lib. 4. in Marcionem. *Vnde & unum illum ex decem memorem gratia Samaritanem miratus Dominus, non mandat offerre munus ex lege, quia satis jam obtulerat gloriam Deo reddens.*

Verè hic Samaritanus imitandus est in hac Dei glorificatione, in hac humili demissione, in hac pia gratiarum actione. Felix quilibet Christianus, qui ad singula dona gratiae redit ad eum in quo est plenitudo gratiarum. Audi S. Bern. serm. 13. in Cant. *Ad locum unde exeunt revertantur flumines gratia. dona Deorum, iterum suavit, remittatur ad suum principium gratia suae coeleste profusivum, quo uberius terra refundatur. agenda Qualiter inquis? Qualiter dicit Apostolus, in omnibus 1. Thess. 5. gratias agentes. Ingratus corvus non rediit ad Noë, à quo tot acceperat beneficia; rediit columba olivæ virentis ramum offerens; sic & animus gratus, animus columbinus, considerans quod per Christum à diluvio sit salvus, ad eum redit, gratiarum laudem quasi olivæ ramum offerens & referens. Hoc ergo fecit hic Samaritanus dignus laude, sicut & alter Samaritanus laude dignus fuit, ob opus misericordiae exhiberum lepro mortuo. Similiter laude digna & alia Samaritana ad puteum potata, annuncians ubique postea gratiam Domini. Sic non est personarum acceptor Deus, sed gratum animum semper habet acceptum in quacunque gente; ingratum verò fastidit & repel.*

Gen. 49. r. Reg. 4. Mat. 17. Apoc. 8. Prov. 4. Cant. Ad singula dona Deorum iterum suavit, remittatur ad suum principium gratia suae coeleste profusivum, agenda Qualiter inquis? Qualiter dicit Apostolus, in omnibus 1. Thess. 5. gratias agentes. Ingratus corvus non rediit ad Noë, à quo tot acceperat beneficia; rediit columba olivæ virentis ramum offerens; sic & animus gratus, animus columbinus, considerans quod per Christum à diluvio sit salvus, ad eum redit, gratiarum laudem quasi olivæ ramum offerens & referens. Hoc ergo fecit hic Samaritanus dignus laude, sicut & alter Samaritanus laude dignus fuit, ob opus misericordiae exhiberum lepro mortuo. Similiter laude digna & alia Samaritana ad puteum potata, annuncians ubique postea gratiam Domini. Sic non est personarum acceptor Deus, sed gratum animum semper habet acceptum in quacunque gente; ingratum verò fastidit & repel.

Psal. 31. Pars II. De imitanda gratitudine Samaritani. Samaritanus tribus modis gratus est. 2. Nam. 18.

R. I. I. 2 & repel.

& repellit. Ecce Samaritanus iste, licet alienigena, à Domino collaudatur: Israëlita autem sanati ab ipso nonne ob ingratitudinem sunt exossi? Grator illis fuit Samaritanus; grator & ille de regione Gerasenorum à Dæmonio liberatus, qui ubi se liberum agnovit, nolebat à benefactore liberari, sed obsecrabat indivisibiliter esse cum illo. Ipsum tamen Dominus remisit, dicens: *Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & miseris sitis. Et abiit, & cepit predicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur.* Sic Dominus probeneficiis quibuslibet impensis non postulabat aliud præter gratiarum actionem, & divinam laudem. Neque tamen ad sui sequelam admisit id supplicante Gerasenum istum, vel etiam hunc Samaritanum, indicans nõ omnes vocari ad sequelam illam Christi perfectam: quia vult quosdam inter sæculares curas agere, & sibi suam voluntatem secundum statum suum & vocationem adimplere. Immo dicunt nonnulli sacri interpretes, nullos de his quos curavit ad sui sequelam admisisse, ne videretur ob eam causam eos sanasse, & id beneficii ab eis requirere; quapropter dicere solet post curationem: *Vado in pacem*: quomodo dixit & huic Samaritano.

Sic etiam olim Naaman Syro dixit Elifæus Propheta; *Vado in pacem*, quia & ipse animum maximè gratum, tum erga Deum, tum erga Elifæum exhibuit à sanitate. Cum enim iuxta sermonem viri Dei descendisset in Jordanem, & lavisset se septies, caroque ejus sicut caro pueri parvuli esset restituta, reversus est ad virum Dei cum universo comitatu suo, & stetit coram eo & ait: *Verè scio quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israël: Obsecro itaque ne accipias beneficium à servo tuo.* Reclavit quidem dona Elifæus, quia gratis omnino voluit sanitatem impendere, ejus tamen gratum animum erga Deum acceptans, dixit: *Vado in pacem.*

Ecce non solum Samaritanus hic noster, sed & Naaman alienigena ingratitudinem condemnat novem Israëlitarum de quibus conquerit medicorum Iesus: *Nonne decem mandati sunt? Et novem ubi sunt? Venerunt hi dorsum fonti postquam ex eo hauserunt, venterunt dorsum altari postquam dona ex illo perceperunt, oblii sunt Christi Medici, & Benefactoris sui postquam sanitatem ab eo perceperunt.* Hoc est ingenium mundi beneficia inscribere pulveri, moxque ea obliterare & oblivisci. Similes sunt plerique Præposito pincernarum Pharaonis, cui cum Ioseph prospera nuntiaffet de liberatione & carcere, & restitutione in statum pristinum, adjecit: *Tantum memento mei, ut suggeras Pharaoni ut educat me de carcere, quia furto sublati sum de terra Hebræorum, & hinc innocens missus sum.* Sed succedentibus prosperis, Præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui. Nimirum Ephraim & Manasses fratres sunt ex eodem patre & matre, & coniunctissimi sunt vi-

que contingit eos separari. Ephraim id est fructificans, significat abundantiam & prosperitatem. Manasses, id est, oblitio, significat ingratitudinem que inducit oblivionem. Itaque fratres sunt Prosperitas & Oblivio, visque separantur ab invicem, quia prosperitas secum ferè docet oblivionem & ingratitudinem. Sic succedentibus prosperis, oblitus est ille interpretis sui. Sic Egyptus & Pharaon mox oblivioni tradidit Ioseph. Sic novem à Domino consecuti sanitatem, oblii sunt Medici & Benefactoris sui. Sic nonnulli Christiani, qui in adversis vel ægritudine multa vovent jejunia, elemosynas, peregrinationes, poenitentiam & mutationem vitæ, & periculis liberati vota sua tradunt oblivioni, illaque negligunt ingrati. Sic claudunt Dei manus beneficas, sic exsiccant fluentia gratiæ ejus, fontem pietatis, rorem misericordiæ; quia cum se ingratos efficiunt, novis reddunt beneficiis se indignos; sicut & contra qui gratus est, majora meretur accipere beneficia.

Sed unde novem isti ita ingrati facti sunt, qui Christum tanta fide quaesierant, qui ei tanta diligentia occurrerant, qui ad eum vocem, & desiderium tanta pietate levarant, inclamantes: *Iesu præceptor misere mei?* Cur etiam lepra in eos mox non est reversa, quando quidem ipsi non sunt reversi, sicque indignos sanitatem se exhibuerunt? Dicendum absque dubio leprosos omnes optimæ fide, & sancta dispositione præditos fuisse, dum Domino occurrerunt, & sanitatem pio cordis desiderio postularunt, ita ut non solum corporis, sed etiam animæ sanitatem consecutos fuisse piè existimemus, secundum sententiam S. Augusti & S. Thomæ, qui dicunt Dominum neminem sanasse corpore, quin etiam simul sanarit anima & mente. Sed curatio Christi licet præstaret salutem animæ, non tamen confirmabat in gratia: poterunt ergo hi in gratia accepta non perseverare, & propria levitate vel malitia in deterius commutari. Multorum est bene inchoare, paucorum vero perseverare; multi licet caput aureum gerant, brachiaque argentea, postmodum tamen desinunt in æs, ferrum, & lutum. Hoc facit propria inconstantia, vel etiam persuasio aliorum. Sic nonnulli interpretes dicunt hos novem Iudæos depravatos fuisse à Sacerdotibus, ad quos missi sunt, fuisseque eis persuasum quod à Christo non fuerint mandati, nec ejus beneficio, sed propter legis observantiam sic se fuisse sanatos. Invidebant enim Christo, ejusque miraculis & doctrinæ, & ubi poterant, illis fidem derogabant. Horum ergo usus à Christo hi averti poterunt, & à fidei firmitate excidere. Neque tamen propterea voluit eos Dominus lepra denuo infici; quia non omnes ingratos mox solet Deus punire, sed potius ad poenitentiam expectare. Nec in illos leprosos beneficis extitit quasi expectans ab illis retributionem. Per id etiam significari potest, peccata jam remissa propter ingratum.

Marc. 5. 4

1. Reg. 5.

Invidus beneficia inscribit pulveri.

Gen. 40.

Gen. 42.

Exod. 8.

1. Pet. 2. 1.

Cor. no. 10. 1.

ingrati.

gratitudinem non redire, quamvis gravis sit culpa ingrati.

*Ingratitudo accersenda.* Deseftemur interim cum Domino ingrati-  
tatem, tum illorum, tum nostram. Quis est qui  
maiora non percipit à Domino beneficia, quam  
fanati hi leprosi, tum per peccatorum frequentem  
condemnationem, tum per liberationem à damna-  
tionem meritis Christi nobis in dolum? Et tamen  
quotusquisque est qui cum ingratitude frequen-  
ter non incidat, & Dei beneficia tanta parvipen-  
dat: Si graviter conqueritur Dominus. *Nonne de-  
cem mundati sunt, & novem ubi sunt?* Et nos quid  
dicemus? Novem ubi sunt? Centum ubi sunt?  
Mille ubi sunt? Milia ubi sunt? Ubi, inquam,  
sunt innumeri qui beneficiis Dei adornati gratiam  
negligunt & salutem? Retrosam abeunt, nec  
te vertuntur ad benefactorem, ideoque pereunt.  
Metuendum cerè ne ex his qui sacramento baptis-  
mi à lepra peccati originalis mundantur, vix unus  
postmodum in divina gratia persistat. Metuen-  
dam quoque ne ex decem qui peccata sua confi-  
tentur, quandoque vix unus Dei gratiam percipiat.  
O detestanda hominum ingratitude, qui di-  
vini beneficiis abutuntur!

*Côclusio.* Sed cludens ad te Domine vocem corporis,  
votumque cordis mei converto, & cum his lepro-  
sis in clamo: Iesu Præceptor miserece nostri; præ-  
cepto tuo omnem animi lepram à nobis propel-  
lere digneris, ut tibi serviamus in munditia & fan-  
ditate. Non inhereat nobis lepra Regis Ozia, lepra  
præsumptionis & superbie. Non lepra Giezi lepra  
avaritiae. Non lepra loab, quæ designat lepram  
luxuriæ, dicente Davide: *Non deficiat de domo loab  
fluxum sanguinis sustinens, & leprosus.* Non lepra Ma-  
riae sororis Moysis, quæ fuit lepra invidiae. Non  
lepra gulæ, quæ designata fuit in quatuor leprosis  
castra Assyriorum ingressis, & ibi sese ingurgitan-  
tibus. Non lepra Naaman, quæ designat vit lepram  
iræ, & impatientiæ, dum indignatur Eliazo Pro-  
pheta. Non denique lepra manus Moysis, quæ  
manui ejus adhæsit, dum eum intra sinum con-  
clufit, quæ significavit lepram acediæ. Sed expur-  
ga benignitate tua lepram hanc septuplicem:  
immo omnem lepram capitis, cordis, domus,  
vestis, sana in nobis. Fac ut perfecte eam ostend-  
damus tuis Sacerdotibus, nihilque occultemus.  
Denique impertire nobis vestram gratitudinem  
mentis, ut agnoscetes nos per te sanos, cum hu-  
militate & pietate, cum voce laudis, & gratiarum  
actionis reverentiam ad te cum Samaritano, &  
gloriam demus Deo toto corde,  
toto animo.

## DOMIN. XIV. POST PENTECOST. Lect. 22.

bipat.

*Non potestis Deo servire & Mammona.*  
Matth. 6.

**E**Vangelium istud desumptum est ex divino  
Domini sermone in monte, ubi cum post non-  
nulla documenta sacratissima superbiæ, vanam-  
que gloriam (quæ primum est capitale vitium) su-  
gendam docuisset; incipit differere contra avari-  
tiam tanquam radicem multorum malorum. At-  
que ut eam penitus eradice, docet abjiciendam  
nimirum terrenarum rerum sollicitudinem, fidu-  
ciamque in Deum projiciendam, atque æterna bo-  
na appetenda. Quæ non mala utique ex avaritia &  
terrena cupiditate oriuntur? Audi Cassiodorum:  
*Reginam illam procacium victorum avaritiam fuge,  
cui cuncta crimina detestabili devotione famulantur,  
quæ dum peccus hominis ingressa fuerit, gradatim  
quoque maleficas cohortes admittit. Ferrum potest  
recipere, quia nasci esse solitaria; agnum habet blan-  
dissimum, arma suscipit extolentis. Idem dixit A-  
postolus, afferens eos qui volunt divites fieri, in-  
cidere in tentationem, & in laqueum diaboli, vel  
in multa desideria nociva, quæ hominem mergunt  
in interitum & perditionem. Secum ergo aut  
radicem hanc pessimam cupiditatis terrenæ admo-  
vet Dominus, ut excindat eam funditus. Atque in  
in primis Proverbiis quoddam generale proponit,  
ut à rerum terrenarum cupiditate, & servitute  
ad divinam servitutem, & æternorum desiderio-  
rum nostram sublevet mentem, deterfa cæcitate,  
quæ avaritia solet inducere. Nemo, inquit, potest  
duobus Dominis servire. Hoc maxime verum est,  
quando diversi sunt humores, ita ut quod uni pla-  
cet, alteri displicet, quando diversa solent impe-  
rare. Exinde inserit Dominus: *Non potestis Deo  
servire & Mammona;* quia nimirum hi duo Do-  
mini planè inter se dissident, & contraria præcipi-  
unt. Mammonam autem vocat divitias, sive dæ-  
monem injustis divitiis & lucris præsentem, do-  
minantemque super his qui diligunt mundum.  
Hunc etiam Plutum Antiqui nominant, quem  
Deum divitiarum dixerunt simulque Deum infer-  
ni; sicque significasse videntur divitias ad inferos  
ducere. Ea propter dicit S. Chrysologus serm. 29.  
*Aurum nascitur in terra profunda, seclatur Montium  
fundamenta, perque ima venarum cæcis disceris  
antracibus, & dum suam semper repedit ad natu-  
ram, caelestes animos ad inferna deponit, obscuras  
sensu, semper alta mentium in terrena demergit.*  
Sic etiam scribit Plutarchus in una urbem Sparta  
divitiarum Deum servari cæcum & jacentem,  
ut picturam inanimatam & immobilem. Et  
Clemens Alexandrinus Plutum cœcum natum ab  
Ethnicis creditum esse scribit, utpote, qui statim  
atque homines possederit, eos excecavit solet;  
id est, omnem ab eis mentem & rationis lumen  
auferte.*

R. 111 3

**PARS I**  
*Quomodo  
impossibile  
servire  
Deo &  
divitiis.*

i. 111. 6.